

Andreas Hojer Peter Mauritius

## **Disputatio De Philosophia Et Metaphysica In Genere**

Rostochi[i]: Pedanus, 1613

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729135195>

Druck Freier  Zugang



A. Noier.  
R. U. phil. 1613.



40

D. O. M. A.  
DISPUTATIO  
DE  
PHILOSOPHIA  
ET METAPHYSICA  
IN GENERE,

*Quam*

Consensu & Autoritate Amplissimæ Facultatis  
Philosophicæ in illustrissimâ Magapolitanotum  
Academiâ Rostochianâ


SUB PRÆSIDIO

M. ANDRÆ HOJERI  
Uidomo-Pom.


*Publicè proponit*

PETRUS MAURITII  
Trept. Pom.

*Habebitur disputatio in Collegio Unicornis  
8. Maj horis matutinis.*



ROSTOCHI  
Typis Joachimi Pedani, Acad. Typ.  
ANNO M. DC. XIII.



*REVERENDO, SPECTATA*  
*virtute & religiosâ pietate conspicuo,*  
*insigniq; rerum sacrarum scientiâ*  
*præstantissimo viro,*

**DN. PETRO MAURITII,**  
Ecclesiæ VVargensis, quæ est in Borussia,  
Pastori pervigili, indefesso, Patruo, imò  
Propatri suo observandissimo,  
longèq; optimè de se  
merito,

*Hæc suas Primitias, in vera ob-*  
*servantia monumentum gratiq; animi,*  
*pro innumeris per integrum quinquen-*  
*nium, etiam in Academiâ Regiomonta-*  
*nâ acceptis beneficijs, perpetuum testi-*  
*monium, meritò inscribit & dedicat*



**Petrus Mauritiij**  
Resp. & Author.

## T H E S I S I.



U M, dicente Aristotele Italico Exerc. 365. sect. 2: Omnes in unum id studeamus unum, ut jucundas & fructuosas simul horas nostras faciamus; non malè mihi quoq; horas & tempus collocatum iri spero, si positumculas quasdam de Philosophiâ & Metaphysicâ, ex Aristotelis & imprimis Præceptorum meorum placitis desumptas, publico examini subjecero.

2. Quod dum Dei auxilio fretus conor, ante omnia ambiguitatis, erroris secunde matris, satagendum est.
3. Philosophiæ appellationem itaq; sumimus hic; non latissime pro omni eruditione & doctrinâ, quæ in hominem cadere potest, ut, 1. Met. 2. Quæ significatione non tantum artes liberales & superiores facultates, sed etiam digniores quadam Mechanicæ artes venire possunt, ars videlicet sculptoria, Typographia, &c.
4. Neq; adhuc latè, pro comprehensione illarum disciplinarum liberalium, quæ à tribus superioribus facultatibus distinguuntur. Quæ significatione omnes illi utuntur, qui Logicam & reliquas instrumentales disciplinas pro Philosophiæ partibus venditant, Philosophiam, vel in  $\tau\epsilon\tau\alpha\delta\acute{\iota}\alpha\alpha\upsilon$  &  $\tau\omega\delta\epsilon\alpha\upsilon$ , vel Naturalem, Moralem & Logicam &c. dividentes.
5. Neq; etiam nimis strictè, pro comprehensione trium scientiarum; multò minus strictissime, pro solâ Metaphysicâ, Philosophia  $\eta\gamma\tau\ \epsilon\zeta\omicron\chi\lambda\omega$  ab Aristotele dictâ 3. Met. c. 2. & 11. c. 3. & 4.
6. Sed strictè & propriè, quâ scientias & prudentias ambitu suo includit, quas, cum ad divisionem perventum fuerit, videbimus. Hac significatione Aristoteles usus est 1. Top. c. 2. & 2. Met. c. 1. & valde illâ delectatus, ut Laertius in ejus vitâ testatur.
7. Simplex autem Philosophiæ vocabulum ante Pythagoram fuit, qui, quod nemo mortalium sapientiam perfectissimam possideret, & propterea jure sapiens salutarè nequiret,  $\Phi\iota\lambda\omicron\sigma\phi\omicron\varsigma$  non  $\sigma\phi\omicron\varsigma$  audire voluit.
8. Molestum sanè, sed non admodum bonum factum; cum sapiens dici potuisset, quamvis non essentiali, saltè accidentali sapientiâ. Imò, si vires humani ingenij nomina debeant dare virtutibus & doctrinis, nulla virtus aut doctrina futua est, cui non nomen  $\Phi\iota\lambda\omicron\sigma$  sit præponendum. Phil. Dantiscanus Præc. Phil. lib. 1. c. 1. p. 5.
9. Et, quamvis hoc non adeò improbandum sit, quod Sophiæ operam navans Philosophus salutetur, tamen, quod idem, Philosophiæ studiosus, ipsaq; Sophia Philosophia audiat, maximè vituperandum esse, facile videt ille qui rei naturam magis, quam usum loquentiam attendere cupit; cum perfectio nostra in unione rei, non in unionis affectu posita credatur. Dn. præcept. CL. Slek. Dissut. de Phil. thes. 5.
10. Verum, cum Bonorum ingeniorum (Verba CL. Keckermanni Syst. Log. l. 1. c. 1. p. 29.) perpetua indoles sit, in verbis non spectare verba, sed rem sed usum;

paucis rem ipsam in definitione, ejusdemq; evolutione seu Divisione qualibus qualibus, Causas interim effecta & proprietates &c. pro instituti ratione intacta relinquentes, Videre allubescit.

11. Dico qualibus qualibus, cum perfecte definiri nequeat, eò, quòd perfectè & directè in prædicamento non sit (collectivum quippe est) adeoq; genus perfectum non habeat, per quod definiatur. Hinc Cicero 1. de orat. fasciculum: Keck. hunc secutus compagem genus Philosophia esse voluerunt. Præcogn. Phil. l. 1. c. 1. p. 9.

12. Descriptiones itaq; sequentes retinens: Dn. præcept. Slek. Dissut. dist. thes. 27. Philosophia est habitus animi naturalem hominis perfectionem contemplatione rerum ætionumq; prudentiâ adimplens. Cl. Jac. Martini. Exerc. Met. lib. 1. exerc. 1. p. 7. Philosophia est habitus sapientiâ & prudentiâ constans. Cl. Keck. dist. loc. Philosophia est compages scientiæ & prudentiæ, aptâ connexionem & unionem inter se confirmata.

13. Nullum autem dubium est, quin hæ descriptiones conveniant, parumq; aut nihil omnino differant, cum in dualis prioris habitum non simplicem, sed mixtum seu compositum philosophiam dici persuasum mihi habeam.

14. Ex dictis patere puto, qualis philosophiæ divisio debeat & possit assignari, videlicet non absolute perfecta; cum philosophia sit totum improprie dictum. Non ergo erit divisio, universalis totius vel  $\kappa\epsilon\iota\mu\epsilon\tau\alpha\ \tau\omicron\upsilon\tau\omicron\nu$  vel  $\alpha\epsilon\tau\epsilon\varsigma\ \epsilon\upsilon$  in species; quamvis ad naturam totius universalis quodam modo accedat; neq; totius essentialis; neq; totius integralis proprie dictorum, etsi nihil repugnet philosophiam, improprie tamen dictum totum, & essentialè & integrale dicere.

15. Essentialè improprie dictum totum dici potest, propter partes, qualescumq; Philosophia materiale, & partium harum unionem, quæ formæ vices supplet. Non enim temerarium Collectivum Philosophia totum est, quæle acerbum tritici temerè congestum esse constat, sed ordinatum, in quo diversarum quidem partium congeries est, sed talis tamen, quæ concinnum aliquem ordinem admittit. Hic ordo, quò in philosophiâ scientiæ & prudentiæ suavisimâ quadam harmoniâ communium primorum principiorum, objecti, & finis cojulantur & ununtur, formæ ejus dici patet.

16. Integrale etiam totum improprie tamen dictum vocari cur non possit philosophia? cum ex partibus suis, accidentibus licet, scientiis nimirum & prudentiis integretur, non secus ac corpus humanum suis membris integratur & componitur.

17. Ut ut autem sit; perfecta in suo genere & accurata satis illa est divisio, quâ in Theoreticam & Præcticam dispescitur, quam ipse etiam Aristotelis in vita sua constantissimè retinuit, ut cum Laertio in ejus vita, scripta Aristotelis testantur. 2. Met. c. 1. & 5. lib. c. 1.

18. Et quia in eadem 1. Omnes bonæ Divisionis regulæ serventur. 2. Subjecto suo, Intellectui nimirum Theoretico & Præctico, differentiis oppositis, 3. Objecto rebus videlicet necessariis & contingentibus, 4. fini deniq; perfectioni animæ virtuti m. in Theoreticâ quam Præctice optime respondeat, merito eam cum bonam & probam retinemus.

19. Lit. g.

19. *Utraq; porro, tam Theoretica quam Præctica, describenda iterum & subdividenda venit. Præctiam (hinc inchoare nos oportet) dicimus con-pagem trium prudentiarum, aptâ connexionè inter se dispositarum.*

20. *Non autem prudentiam hic, prout in Ethicis ab Aristotele 6. Eth. c. 5. 8. 9. & c. consideratur, (ubi definitur; quod sit virtus aliarum virtutum in circumstantiis personarum, locorū & temporū moderatrix,) sed in latiori significatione consideramus, pro integrâ disciplinâ, per quâ certis præceptis omnis vita & mores reguntur.*

21. *Hæc prudentia vel Generalis est, Ethica nimirū, quæ regit vitâ & mores, tum in sese, tum etiam in conversatione cum alijs: vel specialis; Oeconomica nimirū, familias & domos singulas; & Politica, multas familias & domos h. e. Respub. & regna regens.*

22. *Alierius vero Philosophiæ partis Theoreticæ talem damus descriptionem; quod sit scientiarum universalium, propriè ita dictarum, ordinata compages; seu habitus Theoreticus intellectum hominis contemplatione rerum necessariarum perficiens.*

23. *Partes hujus speculativæ Philosophiæ tres ponuntur ab Aristotele 5. Met. c. 2. & à plerisq; Philosophis retinentur: Metaphysica nimirum, Physica & Mathematica. Quem numerum dum Scholastici triplici Abstractionum genere explicant, se aliosq; multos intricare videntur.*

24. *Quia tamen satis commoda via sit secundum abstractionis modos speculativas disciplinas dividere; cum nihil à mente intelligi possit, nisi quod immateriale sit; CL. Arnif. Epit. Met. pag. 7. & vero modi abstractionis immaterialium conceptuum à rebus materialibus quatuor sint, ut Dn. Prac. CL. Slekerus in commentarijs Metaphys. docet, cum Percr. lib. de Phil. c. 7. scientias multiplicabimus, quartam cum illo, non vero quintam & sextam, quod ille facit, & solus faciat, assignaturi.*

25. *Dividimus igitur Theoreticam hanc Philosophiam ex objecto, ideòq; optinè Aristoteles 3. de anima c. 4. in scientias quatuor. Generalem s. primam unam, & speciales tres. Doctrina enim de rebus, cum ordinem requirat à primis & generalibus, ad secundam & specialia procedentem, necessario generalis & prima scientia danda erit, de maximè primis & generalibus tractans. Keck. Præcogn. Philos. l. 1. c. 2.*

26. *Generalem illam & primam scientiam Metaphysicam dicimus, ad quam illud Abstractionis genus accommodamus, quod Avic. 1. Met. c. 2. & Averr. tract. 1. Epit. vocant per Indifferentiam. Metaphysicæ enim objectum æqualiter & indifferenter ad utrumq; materiata videlicet & in materiata se habere intelligitur.*

27. *Speciales vero scientiæ de certis & specialibus in naturâ rebus agentes, tres sunt: Theologia naturalis, Physica, & Mathematica.*

28. *Harum scientia de Dei, intelligentiarum seu Angelorum & animæ rationalis contemplatione, abstracta est secundam rem & rationem à materiâ. Et quavis de Deo, angelis, & animâ nostrâ paucissima, illaq; imperfectissimè lumine naturali cognoscantur, non tamen propterea in Metaphysicâ de illis tractare debet; cum ex paucitate vel multitudine præceptorum disciplinas metiri valdè inconveniens sit. In id, nulla ratio dari potest, cur, cum Metaphysica Indifferenter se habeat ad omnia Entia specialia,*



ad incorporea potius, quam corporea substantia vel etiam accidentium tractationem defendat.

29. Ista; scientia corporis naturalis quæ naturale, Physica dicta seu scientia naturalis, quia omne corpus in se naturam pro principio habet: abstracta est à materiâ signatâ.

30. Hec, Mathematica videlicet, abstracta secundum rationem tantum à materiâ, scientia est, circa quantitatem seu mensuram corporis occupata. Reliquarum scientiarum, (huic vel subalternatarum omnium, vel quarundam illarum, secundum Savonarolam lib. de scient. mediarum in et naturales & Mathematicas) specialem hic rationem habere, nimis longum foret. Quare ad posteriorem instituti nostri partem proficiscimur.

#### De Metaphysica.

31. Generalem illam scientiam, de quâ thes. 26. diximus, reassumere, illiusq; definitionem & divisionem paucissimis positionibus includere allaaborabimus.

32. Verum, cum non uno nomine insigniatur, sed multis insignibus titulis gaudeat, utile erit, illos vel enumerare saltem, cum teste Aristotele 1. Post. text. 4. nomen in usu primum sit intelligendâ principium; & Scaligero, ex cognitione vocabuli sepe in ipsius rei cognitionem devenire possimus. Exerc. 1. f. 1.

33. A causa efficiente, Princeps, Dux,  $\kappa\upsilon\epsilon\rho\iota\alpha$  Dominâ, 1. Post. c. 7.  $\alpha\rho\chi\eta$   $\kappa\omega\tau\acute{\epsilon}\tau\eta$   $\kappa\alpha\iota$   $\eta\gamma\epsilon\mu\omicron\nu\iota\kappa\omega\tau\acute{\epsilon}\tau\eta$  2. Met. c. 2.  $\theta\epsilon\lambda\upsilon\gamma\epsilon$  &  $\tau\epsilon\lambda\epsilon\upsilon$  aliarum disciplinarum, architectonica ac  $\tau\epsilon\lambda\epsilon\upsilon\pi\epsilon\iota\alpha$ , dicitur.

34. A materiâ s. subjecto tribus appellatur nominibus. Primo, à generali, scientia de Ente. A speciali vero & præcipua objecti parte duobus: primâ Philosophiâ 1. Phys. t. 83. 3. Met. c. 1. & Theologia 6. Met. 2. lib. 11. c. 6.

35. A formâ vero sapientia vocatur 1. Met. 2. ubi tamen sapientie vox non pro qualicumq; habitu intellectuâli, qui per causas certas & universales occupatur in cognoscendo objecto suo; nec pro dono Spiritus sancti; sed sumitur, ut ab Aristotele definitur 6. Eth. & Metaph. tribuitur, quippe quæ omnia sapientie hujus requisita possidet ab Aristotele enumerata 1. Met. c. 2.

36. A fine, absolutè Philosophia 2. Met. c. 2. & scientia 1. Met. 2. nuncupatur. Quia philosophiæ præcipua pars est; & is demum verè philosophus est, qui his præceptis imbutus ad reliquas philosophiæ partes dyjudicandas accedit; CL. Joh. & Geld. Diss. Met. 1.

37. Vocem Metaphysicam vero quod attinet, illa Theophrastum autorem habet, & vulgò retinetur, quam, qui postnaturalia interpretantur, hoc innuunt, quod physica prius inveniatur & addiscatur quam Metaphysica, & respiciunt ad inscriptionem, quam Aristoteles suis de hac scientiâ libris præfixit,  $\tau\epsilon\lambda\epsilon\upsilon\mu\epsilon\tau\alpha\phi\upsilon\sigma\iota\kappa\eta$  qui vero trans super vel præter naturalia vertunt, dignitatem intuentur, quia res illas tractat, quæ fines & limites physica transcendunt.

38. Quis

38. Quia vero à parte scientiæ unâ nomèn dari scientiæ toti ( hanc videlicet scientiæ à Deo Theologiâ dici) non sit iniustatum, quid veiat, quo minus cum Domino Præside, in Disput. de Constit. Met. th. 73. ipsam hanc scientiâ ab objecto universo  $\epsilon\upsilon\lambda\omicron\gamma\iota\sigma\tau\omicron\upsilon$  rectè dixerim.

39.  $\omicron\upsilon\lambda\omicron\gamma\iota\sigma\tau\omicron\upsilon$  ergo hanc nostram cum Aristotele 4. Met. c. 1. definimus; scientiâ Entis quatenus Ens est & eorum, quæ huic per se insunt, principiorum videlicet & affectionum.

40. Genus dum scientiâ ponimus, vocabulura scientiæ non strictissimè sumimus; sic enim tantum conclusiones respicit, & totam Metaphysicam, in principijs etiam occupatam non complectitur, sed latè, pro omni habitu demonstrativo tam conclusionum quam principiorum, ita, ut cum sapientiâ coincidat.

41. Quo modo Metaphys. & scientiâ & sapientiâ dicere possumus, quam Aristoteles 6. Eth. definit, scientiâ caput habentem, id est, quæ cum habitu scientiæ conjunctum obtinet habitum primorum principiorum s.  $\nu\epsilon\lambda\upsilon$ .

42. Differentiæ loco subjectum ponitur, fundamentum &  $\beta\acute{\alpha}\sigma\iota\varsigma$  omnium, quæ in scientiâ traduntur; quæ ignorato, secundum quid nominis, reliqua omnia ignorantur, quæ inde deducuntur; Joh. à Geld. dicto loco. Explicatio vero & perfectè illo cognito tota scientiâ cognoscitur, cum scientiâ nihil aliud sit, quam subjectum explicatum. Arnif. Epit. Met. pag. 5.

43. Non autem cum  $\alpha\gamma\tau'$   $\epsilon\tilde{\nu}\mu\epsilon\tau\lambda\iota\upsilon$  peccantibus; Antiquis, Causam; Alpha-rabio, solum Deum; Averroë. solas substantias incorporeas, Deum & intelligentias; Dominico de Flandria, decem prædicamenta, relictis incorporeis substantijs; Buridano, solas substantias, remotis accidentibus; Nec cum delinquentibus in excessu; Timpero, Intelligibile aliquod Ens & non Ens, Entia realia & rationis continens; alijq; Entia per Accidens, cum reatibus & rationis Entibus, Subjectum Metaphysices statuentibus, facimus.

44. Sed medio tutissimi euntes, cum omnibus Sanioribus Philosophis & illorum omnium principe Aristotele 3. Metaphys. c. 1. subjectum Metaphys. adequatum statuimus: Ens quatenus Ens, per se, reale, principia affectiones, speciesq; complexu suo adequatè fovens, Deo & reliquis ab illo pendentibus commune quatenus Entitas ut non descendat ad particularem vel Dei vel intelligentiarum Entitatem.

45. Non autem autoritate tantum probari potest, Ens dicto modo sumptum, adequatum Metaphys. subjectum esse, sed insuper esse rationibus, utpote: 1. quod Metaphys. sc. universalis scientiâ 3. Met. c. 1. ideòq; Ens universale considerare debeat; cum partem Entis universalis scientiæ particulares considerent.

46. 2. Quod principia & affectiones, quæ in Metaphys. considerantur, universales sint, & communes toti Entis latitudini. Et propterea tale etiam requirant subjectum. 3. Quod Met. sit Philosophia prima, prima Entis universalis principia & affectiones quærens. 4. Quod omnes subjecti condiciones ad scientiâ contemplativam pertinentes, subjecto huic competant. Zab. de 3. præc. c. 2.

47. Imò, quod scientia hæc veritati sit quam proxima, exinde probari posse non dubitat Cl. Job. à Geld. dict. loco; quod rationes diversum sententiarum admodum infirme sint & elumbes. Se hæc latius probare & diducere non libet.

48. Subiecti itaq; formæ seu considerandi modus in particulis, quæ Ens constituit, utpote, quæ Propositionem hanc: Ens, quæ Ens est Metaphysicæ subiectum, Reduplicativam efficiunt. Notatur enim illà ipsà, (ut Dn. Slek. in commentarijs Metaphys. ostendit) Entis rationem formam esse ipsissimum scientiæ hujus subiectivam rationem, ita, ut quicquid consideretur in Metaphysicâ, non sub aliâ ratione, quam ipsius Entis consideretur.

49. Non autem nugatoria est Propositio, propterea, quod vocabulum idem repetatur, cum aliter in extremo, confusè videlicet, aliter verò in Reduplicacione accipiat, distinctè & secundum propriam rationem Entis, generatim accepti, quæ ab omnibus inferioribus distinguitur. Suppositionem equidem & supponendi rationem bene distinguere convenit.

50. Ad Divisionem ultimo loco oculos convertamus. Et quomòdò Metaphysica, habitus quippe est, ratione generis & formæ sit indivisibilis; ad objectum etiam alia, quæ multa sunt, reduci possunt & debent, tamen ratione materiæ divisibilis. Objectum enim, ut omne, teste Aristotele 3. de anima c. 8. Ita hujus quoq; scientiæ in species dividi potest.

51. Cum igitur Ens Metaphys. objectum sit, vel Generale, vel Speciale; & ejusdem scientiæ sit agere & de genere & de speciebus generis, fieri aliter huius potest, quam ut de speciebus Entis Metaphysicæ agat, eatenus tamen, quatenus id ipsum modum considerandi, scientiæ huic proprius, permittit.


52. Dividitur igitur Metaphysica in Generalem s. Communem, & Specialem seu Propriam. Nec obstat, quod specialis à generali continetur, cum confusè saltem, non verò distinctè id fiat; Et sit pars Generalis per abstractionem, specialis verò per applicationem. Quæ enim in illà sub ratione confusè à competunt speciebus omnibus, ea in hac singulis demum applicantur.

53. Generalis ergo pars de Ente in genere omnibusq; illis, quæ Ens generaliter consequuntur, agit, investigando principia, & ab his progrediendo ad affectiones.

54. Specialis verò de speciebus Entis, Substantiâ videlicet & Accidente, quatenus tamen ad hanc scientiam pertinent, tractat. Et hæc paucissimis, exercitijs, magis experiri ergò, de Philosophiâ & Metaphysicâ in genere, positiones, Rudi Minerâ conscriptas, examinandas proponere placet. Quibus sequentia addo.

#### C O R O L L A R I A.

1. An Logica sit pars Philosophiæ? Resp. per Dist. 4. & 6. theses.
2. An Historica sit peculiaris disciplina Philosophica, ut contra Cl. Keckerm. Alstedius statuit? N.
3. An Metaphys. sit confluxus omnium scientiarum, ut, Antonius Mandula putat? N.
4. An Logica & Metaphys. sint disciplinæ essentialiter distinctæ? Aff.
5. An ter nini quidam Metaphys. propterea, quod in Cicerone non legantur, sint reiiciendi? Neg.







19. *Utraq; porro, tam Theoretica quam Practica, de se  
videnda venit. Practicam (hinc inchoare nos oportet) dicim;  
dentiarum, apta connexione inter se dispositarum.*

20. *Non autem prudentiam hic, prout in Ethic.  
c. 5. 8. 9. & c. consideratur, (ubi definitur; quod sit virtus alia  
stantiys personarum, locorū & temporū moderatrix,) sed in  
deramus, pro integrā disciplinā, per quā certis preceptis omni*

21. *Hac prudentia vel Generalis est, Ethica nimirū, quae  
in sese, tum etiam in conversatione cum alijs: vel specialis; Oecō  
& domos singulas; & Politica, multas familias & domos h.e.*

22. *Alierius vero Philosophiae partis Theoretica tale  
quod sit scientiarum universalium, proprie ita dictarum, ora  
bitus Theoreticus intellectum hominis contemplatione rerum*

23. *Partes hujus speculativae Philosophiae tres ponunt;  
c. 2. & a plerisq; Philosophis retinentur: Metaphysica nimirū  
matica. Quem numerum dum Scholastici triplici Abstractione  
aliosq; multos intricare videntur.*


24. *Quia tamen satis commoda via sit secundum abstrac  
vas disciplinas dividere; cum nihil à mente intelligi possit,  
CL. Arnif. Epit. Met. pag. 7: & vero modi abstractionis im  
à rebus materialibus quatuor sint, ut Dn. Prac. CL. Slek  
taphys. docet, cum Percr. lib. de Phil. c. 7. scientias multip  
illo, non vero quintam & sextam, quod ille facit, & solus fac*

25. *Dividimus igitur Theoreticam hanc Philosophiam  
vne Aristoteles 3. de anima c. 4. in scientias quatuor. Genes  
speciales tres. Doctrina enim de rebus, cum ordinem requira  
ad secunda & specialia procedentem, necessario generalis & p  
de maxime primis & generalibus tractans. Keck. Praecogn.*

26. *Generalem illam & primam scientiam Metaphysicam  
illud Abstractionis genus accommodamus, quod Avic. u. Me  
Epit. vocant per Indifferentiam. Metaphysica enim objectu  
ter ad utrumq; materiata videlicet & in materiata se habet*

27. *Speciales vero scientiae de certis & specialibus in  
sunt: Theologia naturalis, Physica, & Mathematica.*

28. *Illa; scientia de Dei, intelligentiarum seu Angel  
contemplatione, abstracta est secundam rem & rationem à  
Deo, angelis, & animā nostrā paucissima, illiq; imperfectissim  
scantur, non tamen propterea in Mathematica de illis tractare  
vel multitudinem preceptorum disciplinas metiri valde inconsue  
dari potest, cur, cum Mathematica Indifferenter se habeat.*



subdi  
m pru  
6. Eth.  
ircum  
e corfs  
untur.  
s, tum  
miliat  
egens.  
nem;  
eu ha  
ficiens.  
. Met.  
athe  
ant, se  
culati  
iale sit;  
ptum  
ys Me  
m cum  
g; opti  
am, &  
alibus,  
la erit,  
d quam  
tract. r.  
differen  
tes, tres  
tionalis.  
bis de  
i cogno  
auctate  
lla ratio  
pecialia,  
ad in-